

**www.e-rara.ch**

**Ad repetita F. Turriani monachi Iesuitae Sophismata de Ecclesia et  
Ordinationibus Ministrorum Ecclesiae Responso**

**Chandieu, Antoine de**

**Morgiis, 1583-1584**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1332>

Locus IX. Esaiae 59

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

tepono: atque tibi significo, vt siquid habeas  
mecum negotij, per literas agas, nec expectes  
dum Romam veniã, qui tibi tuum Pontificem,  
tuos Cardinales, Romam denique ipsam libens  
relinquo. Atque hæc de tuis istis argumentis  
*et ad eorum inuicem.*



LOCVS IX. ESAIÆ 59.

Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus:  
Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ po-  
sui in ore tuo, non discedet ab ore tuo, & ab ore  
seminis tui, & ab ore seminis seminis tui, dicit  
Dominus, ex nunc & in seculum.

*Sophisma Turriani.*

*De Christo & Apostolis eius prophetat. Semē e-* Pag. 101.  
*nim Christi vocat Apostolos. semen autem seminis* 102. 103.  
*vocat Apostolorum successores. Ergo ad tradendam* 104. 105.  
*& conseruandam Christi doctrinam, & sermones*  
*eius, necessaria est secundum Euāgelium ordinaria*  
*successio Apostolorum. Nō autem alligamus Ecclē-*  
*siã ad certas personas in ordinaria successione con-*  
*stitutas, sed potius Christus Ecclesiã sponsam suam*  
*huiusmodi successione Episcoporum vsque ad finem*  
*seculi secum alligauit. Quare qui huiusmodi alligā-*  
*tionem ordinaria successione a Christo institutam,*  
*& ad obsequium & custodiam integræ fidei ac*  
*doctrinæ necessariam accusat, Christum accusat.*

o. ij.

*Solutio superioris Sophismatis.*

*Posterius membrum Disputationis: De Successione ordinaria pastorum Ecclesie.*  
**A**Dmonuimus initio disputationis nostræ Argumētum assumptum à Turriano, duobus pot. ssumūm membris constare: quorū prius fuit de Romani Pontificis in vniuersa Ecclesia principatu: posterius verò de ordinaria Episcoporum successione ipsi Romano Pontifici adhærescente. Egimus autem de Primatu Romani Pontificis & aliquot Scripturæ locos declarauimus, quos Turrianus suorum Sophismatū tenebris inuoluerat. Quare superest vt posterius hoc membrum de ordinaria Episcoporum successione, pertractemus. Atque vt ea quæ à nobis disputabuntur facilius intelligi possint, dicendum est paucis in quibus dissentiamus, vt ita sequens disputatio sub vnum aspectum proponatur. Turrianus vnū tantūm successionis genus agnoscit, nempe successionem ordinariam Episcoporum. Nos autem duplicem successionem consideramus, quarum vna, eaque præcipua est successio doctrinæ: altera est, Ministerij Ecclesiastici successio. Turrianus puritatem doctrinæ & ipsam Ecclesiam alligat ordinariæ successioni, aut (vt maualt loqui) dicit Christum secum Ecclesiam alligasse ordinariam Episcoporum successione. At nos neque doctrinæ puritatem, nec ipsam Ecclesiam ordinariæ successioni esse alligandam, ex ipsius Christi verbo asserimus. Turrianus in Episcoporū successione solo nomine & externa ordina-  
*Sūma sequentis disputationis de successione. In quibus dissentiamus.*  
*tionē*

tione contentus est. Nos verò in Ministeriali  
 successione: Ministerij substantiam, virtutem,  
 & (vt ita dicam) vitam, id est, officium & Mini-  
 sterium ipsam requirimus. Denique Turrianus  
 ordinariam & visibilem Episcoporum succes-  
 sionem nunquam interrumpi, in Ecclesia con-  
 tendit. Nos contrà, & posse interrumpi, & tunc  
 extraordinariis modis ad ordinem ipsum esse  
 redeundum, affirmamus. Hæc sunt igitur inter  
 nos controverfa quæ sequenti disputatione a-  
 gitabuntur. Sed quemadmodum ij qui navigât,  
 ne fortè aberrant, sibi solent Cynosuram pro-  
 ponere: ita ne nos Sophisticæ tempestates abri-  
 piant, nobis ob oculos proponemus verâ defi-  
 nitionem successione, & ex ea totum huius dis-  
 putationis cursum dirigemus. Primùm ergo (vt  
 homonymias valere iubeamus) loquimur non  
 de fundi aut hæreditatis, sed de Ministeriali suc-  
 cessione, quæ sine Ministerio intelligi non po-  
 test, & est *en αποδεύου* definienda. Quare cum  
 Episcopatū Paulus vocet præclarū opus, sequi-  
 tur, nec Episcopos, nec Episcoporū successio-  
 nē sine præclaro illo opere esse posse. Definia-  
 mus igitur eam demum esse verā & legitimam  
 Episcoporum ac Pastorum Ecclesiæ successio-  
 nem, cum veri Episcopi ac Pastores Ecclesiæ  
 legitimè & ex ordine præscripto in verbo Dei,  
 alij alijs succedentes, præclarum opus sui Mini-  
 sterij exequentur. Quæ cum ita sint, & Episco-  
 pi Pontificij nihil eorum præstent quæ ad Mi-  
 nisterium Episcopatus pertinent ( quod non

*Definitio  
 successio-  
 nis de qua  
 disputa-  
 tur.*

*1. Tim. 3.*

tantum argumentis, sed etiam ipso sensu manifestè deprehenditur) efficitur vi ipsius definitionis, in Ecclesia Romana successionem Episcoporum esse non posse. Veruntamen ne Turrianum arcere potius ab aditu disputandi quam cum ipso disputare velle videamur: iam nobis hic locus Esaiæ quem citauit expendendus est.

*Turr. refellitur à scoporū esse non posse. Veruntamen ne Turri-  
de finio-  
na succes-  
sionis.*

*Vera ex-  
positio lo-  
ci Esaiæ  
quæ obii-  
cit Turri-  
anus.  
Confirma-  
tio ex  
Paulo.  
Ex circū-  
stantia lo-  
ci.  
Ex senten-  
tia vet.  
Interpre-  
lib. 16. in  
Esaiæ.*

*Argumē-  
tatio  
Turr. dis-  
cutitur.*

Huius Prophetiæ Paulus est optimus interpres II. capite ad Rom. vbi locum hunc Esaiæ exponit de Iudæis ad Christianam religionem tandem adducendis. Pendet enim sententia à proximè superiori versu: Veniet ex Sion Liberator, & auertet impietates à Iacob: vel (vt est in contextu Hebraico) Ad eos qui respuerint à peccato in Iacob. Tum sequitur: Et hoc scædus meum cum eis, Spiritus meus qui super te est, & verba mea quæ posui in ore tuo, ab ore tuo non discedent, &c. Atque ita exponit Hieronymus, nempe de electis Iudæis Euangelicæ prædicationi credituris. Sed quia non dubito quin excellens hæc promissio ad fideles etiam qui ex Gentibus crediderunt accommodari possit: facile patiar hæc Esaiæ verba porrigi ad Ecclesiã vniuersam. Nunc expendamus argumentum quod inde Turrianus deprompsit. Hæc verba, inquit, dicuntur de Christo & Apostolis eius. Semen autem Christi significat Apostolos, quorum successores sunt semē seminis. vt autē non discedant verba Christi ab ore seminis, necesse est id fieri per continuam Episcoporum successionem. Hoc est argumentū Turriani, quod quantum

quantum valeat videamus.

Sionis illum Liberatorē esse Iesum Christum Dominū & Seruatorē nostrū cū piis & orthodoxis omnibus agnoscimus. Quin & ipsi Iudaei coguntur hunc versum de Messia interpretari. Sic enim Abrahamus ille quē Hebraei sapientē nomināt: Hic, inquit, est Messias. Sed ea quae sequūtur in contextu: Verba mea quae posui in ore tuo, &c. variē ab interpretibus exponuntur. Nā alij existimāt esse apostrophē ad populū Enallage Hebraeis familiarissima. Alij referunt ad Esaiam Prophetam. Alij denique ad Christū verum illū Messiam promissum in Lege & Prophetis. Verum tamē id nunc ego non accuratius discutio, cū in illo argumento non versetur. Harū igitur omnium interpretationum utrā velit eligat Turrianus: sēper huc redibit summa huius Prophetiae: nunquam fore ut verbū Dei discedat ab Ecclesia, & nunquam Ecclesiam esse Spiritu Dei destituendam. Quam sententiam ego libenter amplector: sed id quanquam verissimū, nego tamē ad Turriani conclusionē vllomodo pertinere, his rationibus. Primū enim Esaias loquitur de ipsius doctrinae successione ut expressē dicit: Verba, inquit, mea, &c. Deinde si quis pertinacius contendat sermonē Esaiæ posse etiam accommodari ad ministerialē successionem propter haec verba: Quae posui in ore tuo, certē effugere nō poterit quin fateatur eius modi successionē esse verorū Ecclesiae Pastorū successionem: quādoquidem nominatim Spiritu.

*Summa  
huius pro-  
phetiae.*

*Locus E-  
saiæ Tur-  
riani sen-  
tentia non  
adiuuat.  
Prima ra-  
tio.*

Secunda  
ratio.

Elench.  
Turrian.

tus Dei coniungitur cum ipsius verbo. Sic enim Esaias: Et Spiritus meus qui super te est, non discedet ab ore tuo & ab ore seminis tui. Quæ vel vna ratio excluderet Põtificiam successionem, cum ab Episcoporum Ecclesiæ Romanæ, & Spiritus Dei & eius verbum iam pridem discesserit. Præterea videndum est quinã sint ij quibuscum sanctissimum hoc fœdus contractum est. Qui redeunt, inquit Esaias, à transgressionibus. Et Paulus interpret Esaiæ: Hoc, inquit, à me fœdus, cum abstulero peccata eorum: & id Hieronymum in eam sententiam impulit, vt de solis electis locum hunc intelligat. Quod si verum est (vt est verissimum) errat Turrianus *παρά τὸ ἐπιτόμιον*, cum ex ea promissione quæ ad Catholicam electorum Ecclesiam pertinet, argumētatur ad visibilem, localem, personalem, & continuam Ecclesiarum successionem. Quid dico Ecclesiarum? imò vnus Ecclesiæ Romanæ, dum vnus vrbs mœnibus (quicquid tandem prætexat) Ecclesiam Catholicam circumscribit. Ac ne quis promissionem hanc restringat ad visibilem Ecclesiæ faciem, reclamat ipsum vocabulum Spiritus ab Esaiâ usurpatum. Sic enim ille, Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo nunquam discedent ab ore tuo & c. Coniungit efficaciam Spiritus sancti cū verbo Dei in hac promissione. Quæro igitur abs te, Turriane, num hypocritæ & improbi, licet audiāt verbū Dei, & externa prædicationi intersint, fruantur hac præclara,

clara, promissione & Spiritus sancti virtute interioriore persentiant. Quod si negas (vt etiam falsum est) efficitur hanc Esaiæ Prophetiã non esse externa Ecclesiæ facie definiendam. Nam etiam si desit ad tempus ordinaria Pastorum successio: etiam si aliquandiu obscuretur Ecclesiæ facies: non propterea dicendum erit ipsam Electorum ecclesiam, de qua loquitur Esaias, esse vel Spiritu Dei, vel ipsius verbo destitutã.

Quod vt magis fiat perspicuũ, & clariũ perspicere possimus quid sibi velit Esaias, tria sunt in hoc loco potissimũ consideranda. Vnum, quid significet verbũ discedẽdi. Secundũ, quid nomine Seminis intelligatur. Tertiũ, quid sibi velit totũ hoc cõplexum: Verba mea non discedẽt ab ore tuo, & ab ore seminis tui. Quibus

expositis, sua sponte tuũ argumentũ euanesceat. Verbu Hebræum *Musch* hĩc positũ discedere significat, vt Iudicum. 6. ver. 18. Et quia discedendo priorẽ locum relinquimus, significat etiam planẽ relinquere, vt Ier. 17. Arbor fructifera dicitur nõquam discedere à fructu faciendo, non quod omnibus anni partibus eodẽ modo fructũ & æquẽ conspicuum edat, sed quia vis fructificãdi semper intimis radicibus inheret. Possent multa alia exempla cõgeri, sed vnum proferã *πολλὸν ἀντὶ τῆς ἑξίας ἄλλων*: ex quo facildẽ iudicabimus quid nã Scriptura nobis significet discedẽdi vocabulo, & quousque ex eo argumentari liceat. Sic igitur Iacob prophetans apud Mosẽ, Ge. 49. Nõ discedet, inquit, sceptrum à Iuda, &

*Ad locũ  
Esaiæ faci  
bius intel  
ligẽdum,  
tria sunt  
discutiẽ  
da.*

*Primum,  
verbum  
Disceden  
di, discuti  
tur.*

Legiflator ab eius pedibus, donec veniat Silo (id est Messias benedictus.) Hic ponitur verbū *Sur* eiusdē significationis cū hoc verbo quo vtitur Esaias, a dō vt Paraphrastes Chaldeus vtrū que locū exprimat per idē verbū, nēpe *Gnarab* & ipsi Septuaginta interpretes, idē etiā verbū in vtroq; loco vsurparint, videlicet τὸ ἐν λείπεις. Agē nūc, Turriane, ostēde nobis sceptrū Iudę visibile, cōspiciū & cōtinua illustriq; successione vigēs, in captiuitate Babylonica, tū cū omnes Iudæi tyrānico illo iugo premebantur. Deinde post reditū ex illa captiuitate, cū Asmonæi (qui non erāt oriūdi ex tribu Iudæ) regiā potestatē ad se transtulerūt: profer etiā nobis visibile sceptri successiōē in illa tribu. Quod si nō potes, non iā ergo nobiscū disputa, sed in sanctū illū Patriarchā Iacobū tui Sophismatis gladiū distringe. Quare ex illo quānam fieri potuit, vt tūc nō discesserit sceptrū à Iuda, cū nulla extiterit visibilis & continua sceptri successio. Nēpe dicēdū est, cōseruatas fuisse illius sceptri reliquias in trunco Isai, licet in speciē penitus exaruisse videretur. Et certē Christ⁹ tāquā surcul⁹ prodiēs ex illo trūco (vt ait Esaias cap. II.) illud esse verissimū cōprobauit. Nūc Turriane, animaduertis errorē tuæ cōclusionis: Nūquā discedet verbū Dei ab ore Ecclesiæ: Ergo sēper erit in Ecclesia eodē modo, sēper eadē erit Ecclesię facies, sēper idē erit stat⁹ Euāgelicę prædicationis: deniq; sēper eadē erit visibilis & ordinaria Ministrorū Ecclesię successio. Quod perinde

inde est vt si quis ita ratiocinetur: Nunquã ante Christi aduentum discedere debuit sceptrum à Iuda: Ergo nulla potuit intercedere visibilis illius sceptri interruptio: quod tamen longè secus est. Itaque si quis comparat florentissimum regni Iudaici statum, qualis fuit Davidis, & Solomonis temporibus, cum exilio Babylonico, aut cū iis tēporibus quæ postea subsecuta sunt: ille maximam quidē perspiciet rerum dissimilitudinem, sed tamen veram semper fuisse Iacobi Prophetiã agnoscet. Simili ratione dicimus, licet ad tempus interrupta fuerit ordinaria, visibilis & legitima Pastorum successio, semper tamen hanc Esaiã Prophetiam verissimam permanuisse. Nec enim aliquid propterea esse definit quod hoc vel illo modo non sit: neque debent qui aliorū disputationes exagitat (quod Turrianus in Lipsensem Academiam ausus est) ita perperam τὸ ὄν & τὸ ποιεῖν confundere. Atque hæc nobis dicta sint de verbo illo Discedendi.

Iã dispiciamus quid Esaias sibi velit nomine Seminis. Turrianus exponit semē de solis Apostolis & Episcopis. Sed refellitur expressis contextus verbis: Ego, inquit Deus, hoc meū fœdus cū illis pangā, & c. Per illos totã Ecclesiã intelligit. Et certè si de solis Ecclesię Pastoribus intelligendū sit, ergo actū est de reliquorū omnium salutē, equando quidē extra fœdus Dei spes salutis esse nulla potest. Deinde cū semē Apostolorū solos Episcopos ait esse, manifestè pugnat cū Paulo, qui se eos in Domino genuisse pro-

Elench.

Turr.

Secundis

vocalibus

Seminis

discussis

tur.

I. Cor. 4.

Galat. 4.

Phil. 1.

fitetur quos instituit, & ad Christianam religionem adduxit. Quinetiam si proprie loqui volumus, illi demum sunt filij & semē Apostolorum, qui verè & ex animo doctrinā Apostolicā amplexi sunt. Ex quo fit, vt dicat Paulus se Galatas iterū parturire cū à vera doctrina descuiissent. Ergōne omnes Euangeliū prædicabunt, cū Esaias affirmet verbum Dei non discessurū ab ore seminis Apostolici? Respondeo, Esaiam non agere de sola prædicatione, sed de confessione veræ fidei, quæ omnium fidelium

Rom. 10.

est propria. Nam, inquit Paulus, Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Manebunt igitur Ecclesiastici gradus distincti, licet Esaiæ Prophetia generaliter ad vniuersam Ecclesiam pertineat. Quod si aliquid amplius à nobis requirat Turrianus quo probemus

Nomē Seminis ad ordinariā & visibilem successionem restringendū non est.

vocabulum Seminis, quoties de promissionibus salutis agitur, esse non de visibili ac terreno, sed de spiritali electorum semine accipiendum: ad sequētes locos attendat. Gen. 17. Ego Deus tuus & seminis tui: adde expositionem Pauli ad Rom. 4. & 9. ad Gal. 3. Item Esaiæ 1. Nisi Dominus exercitūū nobis reliquisset semen, facti fuissetis vt Sodoma, & Gomorrhæ similes facti fuissetis: adde expositionem Pauli ad Rom. 9. Item Deut. 30. Dominus circumcidet cor tuum & seminis tui: & pleraque similia, quæ satis docent semen piorum non esse ad speciem aliquā exteriorem restringendum, cū spirituale sit, & spiritualibus oculis

contem-

contemplandum. Ceterum quia Semen feminis  
 exponis de Episcopis ab Apostolis institutis,  
 quorum etiam semen debuit esse perpetuum,  
 profer igitur nobis, si potes (atque utinam pos-  
 sis semē Episcoporum quos Apostoli institue-  
 runt Antiochiæ, Ephesi, Corinthi, & (vt paucis  
 dicam) in totius propemodum Orientis Eccle-  
 siis, vbi ordinaria successio, summo totius orbis  
 Christiani malo, iam pridē interrupta est. Quū  
 autem Græcas Ecclesias habeatis pro schisma-  
 ticis, eo quòd non agnoscunt Romanum Pon-  
 tificem: quid ergo illis respōdeas, Turriane, ita  
 ex tua interpretatione argumētantibus: Se Dei  
 Spiritu & eius verbo non posse destitui, quia  
 sunt semē feminis: eos autem qui Spiritu & ver-  
 bo Dei nituntur, perperam schismatis accusari.  
 Vides igitur quid possit consequi, dum restrin-  
 gis nomen feminis ad ordinariam Episcoporuū  
 successionem. Atque (vt quod res est dicā) vide-  
 mini profectò in rebus seriis iocari velle, quādo  
 longū vestrorum Episcoporuū catalogum con-  
 textitis, vt ita probetis legitimam Episcoporum  
 successionē apud vos esse. Nam similiter facitis  
 vt si nobis rogantibus vt verū hominis corpus,  
 quod nervis, ossibus, & carne constet, exhibea-  
 tis, vos aridū aliquem σκελετόν in mediū profe-  
 ratis. Vt enim in σκελετῶ apparet quidē cōtinua  
 ossium series, sed quam humana industria, non  
 autem vis ipsa naturæ composuit: ita profectò  
 longum illum vestrorū Episcoporum ordinem  
 post multos iam annos, nō ipsa Ecclesiæ virtus

*Successio  
 Pōrificio-  
 rū est ve-  
 ta succes-  
 sionis σκε-  
 λετός.*

compegit, non legitima facultas Ecclesiæ formavit, sed humana tantum industria colliguit. Atque de vocabulo Seminis hæcenus.

*Tert. discutitur totis orationis complexum.* Nunc aliquid etiam dicamus de toto complexo orationis. Dominus promittit nunquam fore ut suus Spiritus, & sua verba discedant ab ore Ecclesiæ: atque hinc Turrianus colligit nunquam visibilem Pastorum atque ordinariam

*Refellitur Tur. ab aliis Scripturae locis ubi idem loquendi genus usurpatur.* successionem interrumpi posse. Proferamus igitur similes promissiones, atque adeo clarè & expressè loquentes de ordinaria successione, quæ tamen non impediuerunt quominus visibilis & ordinaria successio fuerit interrupta. Psal. 68. de Sionis monte: Dominus perpetuò habitabit in eo. 2. Chr. 33. de templo Hierosolomitano: Nomen meum erit in Ierusalem perpetuò, ponam nomen meum perpetuò in hac domo & in Ierusalem quam elegi præ omnibus tribubus Is-

*Visibilis & ordinaria successio peccatorum potest interrumpi.* **rael. 2. Chron. 7. Elegi & sanctificaui mihi hanc domum, ut nomen meum sit illic perpetuò. Contrà 2. Reg. 23. Abominabor civitatem istam quam elegeram, nempe Hierusalem, & domum de qua dixeram nomen meum erit illic, &c. Rursus 1. Sam. 2. de Heli sacerdote: omnino decreueram quod domus tua & domus patris tui incederet coram me perpetuò: sed absit à me. quin potius honore afficiam eos qui me honore prosequuntur: at qui me contemnunt, ignominia afficientur.** Ex his & aliis consimilibus locis efficitur aperuissimas promissiones de visibili successione, & de externo Ecclesiæ statu posse

pecc-

peccatis hominum interrumpi. Dices id euenisse temporibus veteris Testamēti: quod quidem agnosco, & eò a ceteris nequam argumentum hoc modo: Si cū adhuc legales ceremoniæ & visibilia veteris Ecclesiæ elemēta locum haberent, cū adhuc vigeret localis, visibilis, & personalis successio, cū denique vniuersa Ecclesia vnius populi finibus contineretur, nihilominus tamen ipsa successionis promissio fuit semper intelligenda cum hac conditione, nempe quādiu Israelitæ institutum illum ordinem sanctè colerent, & Legem Dei obseruarent, à qua etiam cū defecerunt secuta est visibilis successionis interruptio: Si, inquam, illa omnia sub legalibus vmbriis locum habuere, quid, obsecro, nobis postremis hinc tēporibus dicendum est, quando mons Sion exaltatus est <sup>Isa. 2.</sup> super omnes montes, ad quem non vnus Iudæorum populus, sed omnes populi confluant, <sup>Ioan. 4.</sup> & quando fideles non iam hīc vel illic adorant, sed in Spiritu & veritate? Ecquis vnquam ferat, Ecclesiam per vniuersum terrarum orbem diffusam, ad visibilem, localem personalēque successionem Episcoporum ita alstringi, vt qualescunque fuerint Episcopi, quibuscunque tandem erroribus scateant, quidquid credant, faciant, iubeant: tamen penes illos solos Ecclesia mancipata maneat, & catenis plusquam ferreis <sup>Locus ad</sup> alligata? Atque vt non tantū proferamus ea <sup>Thess de</sup> que sub veteri Testamento cōtigerunt, aliquid <sup>Antichri</sup> etiam ex nouo Testamēto depromamus. Cū <sup>sto discuti</sup>

Paulus 2 cap. ad Theff. prædicit futuram ἀπο-  
 ςτασίαν, cū Antichristus ὁ ἀντικρίστος sedebit  
 in templo Dei: nōne satis aperte significat ve-  
 ræ successione & legitimi ordinis interruptio-  
 nem? non enim magis stare potest defectio cū  
 successione, quàm Christus cū Antichristo ἀνι-  
 κερῆσθαι. Rectè igitur ita concludam ex Paulo,  
 Futura fuit defectio: ergo futura quoq; fuit suc-  
 cessionis interruptio. At Paulus non loquitur  
 de particulari aliqua defectioe huius vel illius  
 Ecclesiæ. Ait enim τὸ ἀντικρίστων seffurum in  
 templo Dei, & eius aduentū futurū cum omni  
 potentia, vt damnentur omnes qui non credi-  
 derūt veritati, &c. Ex quo fit vt generalis inter-  
 ruptio successione ordinariæ ab Apostolo præ-  
 dicatur. Obnititur quidē Turrianus quantum  
 potest, & clarissimū hunc locum suis σοφισμασιν  
 aspergit, tanquam lepæ atramēto, vt ita possit  
 effugere: sed frustra. Ait enim Paulum hīc non  
 intellexisse Pontifices Romanos, quia vnum  
 tantū significat: plures autē fuerunt Romani  
 Pōtiffices. At oportet mendacē esse memorem,  
 Turriane, alioquin eius mendacia facillimè de-  
 teguntur. Tu verò in superiori disputatione  
 vnoquoque verbo inculcabas, vnum esse caput  
 visibile Ecclesiæ, nempe Petrum in suo succes-  
 sore: & in hoc argumento tibi placuit ipsum  
 vnitatis vocabulum, & Pontificē potius quàm  
 Pontifices vsurpare. Quare vel nobis tacenti-  
 bus, te ipse, Turriane, refutasti. Quid quod  
 Pontificia decreta (vt iam antè diximus) vnam  
 Eccle=

Tag 194.  
 195. 196.  
 Turriani  
 vocum  
 Pauli à  
 Pontifice  
 Rom.  
 auersen  
 sū ratio-  
 nes refel-  
 litur.  
 Prima  
 vsq; Turr.  
 Refut.

Ecclesiam Romanam vnúmque Pontificē Ro- *Can. N. ois*  
 manum toties Ecclesiarum omniū caput con- *deces.*  
 stituunt? quid, quod vos vnā toties sedem A- *Dist. 12.*  
 postolicam de cāntatis? Quinetiam cū Paulus  
 dicat iam tunc mysterium iniquitatis peragi,  
 noluit certē ad vnum hominem Prophetiam  
 suam restringere. Quod si ne hęc quidem tibi  
 satis faciant, proferam ex ipso contextu quod  
 te refellat, & [vt tuis verbis vtar] etiam inuitum  
 reuincat. Sic enim Paulus: Tantūm, inquit, qui  
 tenet nūc, teneat, donec ē medio sublatus fue-  
 rit, & tunc rētegerur impius ille, &c. Dum di-  
 cit, *ὁ νῦν ἔσται* de vno quidē homine videtur lo-  
 qui, sed ipsa temporum ratio necessarē cogit  
 vt multos intelligamus eundem locum occu-  
 pantes. Nec enim dices vnum hominem ab a-  
 tate Pauli ad finem vsque mundi [illuc enim  
 refert Pauli Prophetiam] vitam producere vn-  
 quam posse. Sed ecce aliud etiam effugium ca-  
 ptas, & ais Pontificem non se extollere aduer- *Secūd. rā*  
 sus Deum, quod Antichristus facturus est, *sio Tur.*  
 cū se potius vocet seruum seruorum Dei. At  
 iam hoc garrere est, non *Refut.*  
*ὁ οὐκ ἐστὶν*. Nam vbi, ob-  
 secro, tuus Pontifex se seruum seruorum Dei  
 solet inscribere? annon In suis diplomatibus  
 plusquam Imperatoriis? at illic non seruum a-  
 git, sed dominum: cū omnes sibi fidem adhi-  
 bentes ad obedientiam suis edictis prestandam  
 adigat: alioquin ipsius anathematum fulmini-  
 bus illicō perituros? Aliud postremō commi-  
 tisceris, nempe prius tollendum impedimen- *Tertia rā*  
*sio Tur.*

*Refuta  
tio.*

*Coloss. 1.  
Psal. 19.  
Rom. 10.*

*Chrysof.  
in 2. ad  
Thess. 2.*

*Ambros.  
ibide. Ter  
tull. de  
res. car.*

*August.  
de ciuit.*

*Dei l. 20.  
cap. 19.  
&c.*

tum quàm reueletur Antichristus. Hoc autem impedimentum esse, quòd nondum Euangelium prædicatum fuerit in vniuersa terra. Hic tibi non obiiciam quod ait Paulus, Euangelium in totum mūdum peruenisse: neque proferam illum versum Dauidis citatum à Paulo, & ab omnibus veteribus accommodatum Apostolorum prædicationi: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Denique non opponam tibi quæ toties Augustinus disputauit aduersus Donatistas de Ecclesia per vniuersum orbem diffusa: nec vrgebo quòd veteres illud impedimentum exponunt longè aliter, & longè melius quàm facias, dum intelligunt de Imperio Romano, cuius tuus Pontifex præcipuam sedè occupauit: hoc tantum dico, te, qui tam accuratus es Græcorum vocabulorum scrutator (vt nobis suprà declarasti) non potuisse ignorare, quod ait Paulus, ὁ κατέχων ἀπὸ, non posse intelligi de Euangelio nõdum per vniuersum orbem prædicato: aded vt longè rectius veteres hoc verbum exposuerint de Romano Imperatore. Verumenimvero, Turriane, dum etiam atque etiam sudabis in hoc Apostolico telo de corpore tui Pontificis reuelando, mihi in præsentia satis erit, quod ex hac Prophetia Pauli, siue iam impleta fuerit, siue aliquando implenda sit, siue iam impleri cœperit, nondum tamen plenè euenierit (sic enim variè disputari solet: qua de re non est nostri instituti prolixius agere) manifestum fiat, alicuādo visibilem Ecclesiæ statum

interrumpi posse: quod & ἀποσπασίας vocabulū indicat, & ipsa totius contextus circumstantia apertè docet. Quamobrem manet firmū quod antè diximus: ex verbis Esaïæ quæ nobis obiecit Turrianus, perperam colligi successionem ordinariā Episcoporum non posse vnquam interrumpi: siquidem de vera legitimāque successionē intelligamus. Sic igitur paucis tibi responsum esto: primū illā promissionem esse spiritualem, & quæ ad solos electos pertineat, neque propriè & priuatim de Pastoribus aut eorum successionē, sed potius de successionē doctrinæ esse intelligēdam. Deinde, licet hoc tibi daremus, vt Esaïam de visibili & ordinaria successionē Pastorū Ecclesiæ intelligeret: semper tamen inesse hanc conditionem, videlicet, quandiu visibiles Ecclesiæ Legem Dei obseruabunt, & colent legitimum ordinē ex Dei verbo institutum. In summa: interire quidē Ecclesiam non posse (quia electi non pereunt) sed posse Ecclesiæ faciem ad tempus obscurari, & (vt Ieremiæ similitudinem vsurpem) aurum Ecclesiæ, id est, non Pontificum diuitias, sed ipsius Ecclesiæ puritatem, ordinem, splendorem cōspicuum, posse situ & squalore ita obduci, vt quiduis potius quàm aurum esse videatur.

Supereff, vt in Turrianum ita argumentum suum regeramus: Ea est veræ & legitimæ successionis cū doctrinæ, tum Ministerij probatio, quòd spiritus Dei & ipsius verba nunquam recedent ab ore Pastorum & Ministrorum

Ecclesiæ, quemadmodum docet Esaias (interprete Turriano.) At Spiritus Dei, & ipsius verba iam pridem recesserunt ab ore Episcoporum Ecclesiæ Romane; neque dici potest, verba Dei esse in ore Romani Pontificis; non tatum quia non annuntiat verbum Dei, sed etiam quia sua potius mandata, edicta, decreta, placita, non ex Episcopali cathedra sanctis concionibus personante, sed è folio plusquam regio anathematum fulminibus undique percrepante, iubet promulgari. Quare vera successio tam doctrinæ quam ministerij, non est penes Romanam Ecclesiam.

Arliça-

vi:

posterior.

Basil.

Ep. 1.

Item apud Esaiam Semen intelligi debet de Apostolis, & Semen seminis de Episcopis Apostolorum successoribus (inquit Turrianus.) At qui solet parentum vultus in liberis extare, & (ut præclare scripsit Basilus) liberi solent agnosci ex similitudine parentum in ipsis conspicua. At in Pontificiis Episcopis nullam Apostolorum effigiem, nullam umbram agnoscimus. Quamobrem non sunt semen seminis, & ita dictante cõsequentia Turriani, non sunt Apostolorum successores.

RESPON-